

PROFECTUS EST AD VOS. Cum istis meis literis, per quas hoc scietis. Hoc refertur ad tempus, quo Corinthii hac literas erant lecturi : nondum enim Titus erat profectus, cum hæc scriberentur. Profectum tamen putat D. Chrysostomus.

VERS. 18. — MISIMUS ETIAM... Vide paraphrasim. Licet enim et probate virtutis fuerit Titus, duos tamen et alios testes et socios dat irreprehensibiles ob rationem dandam v. 20, ne minima sit suspicio.

VERS. 19. — NOS SOLEM AUTEM... Vide paraphrasim.

IN HANC GRATIAM, id est, ad hanc elemosynarum vestrarum gratiam pauperibus Jerusalemitanis procurandam; scilicet, exhortando, colligendo, deferendo.

QUE MINISTRATUR... id est, quod charitatis officium administramus, ad Domini gloriam, qui in pauperibus colitur et pasceatur. *Quod uni ex minimis... mihi fecistis.*

ET DESTINATAM VOLUNTATEM NOSTRAM. Græc., *aprobata*, *promptitudinem*, id est, ad promptam animi nostri voluntatem in pauperes, Christi membra, declarandam, Græc., *et ad promptitudinem animi vestri*; scilicet excitandam, seu ut sitis ad erogandum promptiores.

#### Observationes literales.

Quoquo modo legatur, patet ubique D. Pauli prudentia. 1° Non eligit ipse, sed ab ecclesiis vult eligi ministros ad elemosynarum collectionem et delationem destinatos; idque ob rationem v. 20 dicendam. 2° Hoc ministerium cum aliis subire non recusat, ut suam in pauperes promptam et alacrem voluntatem declarat. 3° Graves viros eligit curat, ut fideles promptum et securis excitent ad largiendum, tum ob exortantium auctoritatem, tum ob custodiendum et ob deferentium sanctitatem probatam et nemini suspectam.

Quis autem sit frater ille, *cujus laus in Evangelio*, et qui socius et collega D. Pauli dubitatur apud interpretes. Theodoretus Barnabam fuisse putat; sed Barnabas jam abierat à Paulo, qui Silam in eius locum assumperat. Act. 15, v. 39, 40. Baronius, Estius et alii multi volunt esse Silam, qui in Barnabae locum assumptus est D. Hieronymus et alii quampurimum putant fuisse D. Lucam, individuum D. Pauli comitem, et qui scripsit Evangelium, ob quod celebris in ecclesiis. Fromondus enim probabilis putat quod hortaretur.

VERS. 18. — *Misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus est in Evangelio*, predicando; cum Baronio Silam accipe, per simpliciter cum Anselmo et Hieronymo, *Lucam, per omnes ecclesias.*

VERS. 19. — *Nos solum autem*, supple, laudem habet in evangelio. *Sed et ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam que ministratur à nobis*, hoc est, ad gratium hoc ministerium colligendi elemosynas. *Ad Domini gloriam; et destinatum voluntatem nostram*, hoc est, ad alacritatem animi nostri declarandam in hoc tam pio Dei et pauperum obsequio.

VERS. 20. — *Derelictus hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine*, elemosynarum et pecunie collectæ, que ministratur à nobis.

VERS. 21. — *Providentis enim bona*, Græc., *providentes*; seu procurantes bona, honesta. *Non solum coram Deo*, etc., q. d.: Procuero et satago honeste agere non tantum coram Deo, sed et coram hominibus.

tunc scriptum fuerit; licet alii dubitent : sed licet non fuerit scriptum, ea res non obstat, quin de D. Luca intelligatur, ob manus Evangeliste quod fideliter gessit. Et hæc D. Hieronymi opinio confirmatur testimonio D. Ignatii, quid Ephes. scribens, hoc idem elogium divo Lucae tribuit, dicens, ut testatur Paulus : *Cujus laus est in Evangelio.*

VERS. 20. — *Devitantes hoc*. Vide paraphrasim.

PLENITUDO, hic copiam significat, et quia facilis est è magna copia aliquid fortim et occulte subtrahere, idè D. Paulus ut omnem vitet suspitionem, multos secum graves et probate virtutis assumit socios.

VERS. 21. — *Providentis enim bona*. Vide paraphrasim. Conscientia nostra nobis; fama proximo nostro est necessaria, ait D. Augustinus.

VERS. 22. — *Misimus autem cum illis, Tito et Luca, etiam fratrem nostrum*, vobis forte incognitum, at quem in multis et sæpe experti sumus diligentem et sedulum.

NUNC AUTEM MULTO SOLICITIOREM, id est, in hoc autem negotio diligentior et sollicitior erit.

CONFIDENTIA MULTA IN VOBIS. Græc., *confidentia multa que in vos*. Syr., *ob multam fiduciam erga vos*. Arab., *ob ingentem fiduciam suam erga vos*. Æthiop., *quia multum diligit vos*. Ambrosius, *multa fiducia vestra*.

Sensus itaque est : Ob multam confidentiam et existimationem, quam habet de vobis; seu quia de vobis optima quæque sperat. Alii referunt hæc verba, *multa fiducia*, ad *misimus*, quasi diceret, hos misimus confidentes omnino quod eos, quo par est, honore et amore suscipietis. Sed literalis arbitrator quod omnes versiones sequuntur.

VERS. 23. — *Sive pro Tito*. Syr. : *Sive ergo consideretur Titus, meus est socius et adiutor in re vestra*, etc. Arab., *quod autem ad Titum, est collega meus et portans mecum omnia vestrum*. Æthiop., *et si de Tito questio sit, socius meus, etc.* Resumit que de his tribus illustribus commendabilia dixit, ut in ultimo versu concludat : Titus meus est collega, in Evangelio predicando, et in vestra salute promovenda cooperarius.

Alii duo fratres sunt ECCLESIAREM APOSTOLI, ai

VERS. 22, 23. — *Misimus autem cum illis et fratrem nostrum, quem probatimus in multis sæpe sollicitum esse*, seu diligentem esse; id est, cuius sollicitudo ad diligentia multis argumentis nobis explorata est. *Nunc autem multo sollicitiorem*, sive diligentiorem.

*Confidentia multa in vos*, q. d.: Confidens multum, et sperans illos, uti par est, à vobis honeste et amanter excipiendos, idque, *sive pro Tito*, id est, partim ob amorem et venerationem Titii. *Qui est socius meus*, et in vos adiutor, in Evangelii negotio, quodque vestra adiutor seu cooperatur erga Corinthios, id est, ad promovendum eorum salutem.

*Sive fratres nostri*, nempe reliquorum duorum quos mitimus, sive pro aliis duobus, scilicet consociis; quippe qui fratres nostri sunt, id est, Judæi sunt, quos alibi vocat suos cognatos secundum carnem. Hoc peculiare dicit de istis duobus, nam Titus gentilis erat, Gal. 2.

*Apostoli ecclesiarum*, hoc est, ait Theophylactus,

eis missi; sunt et gloria Civitati, quam procurant.

VERS. 24. — *Ostensionem ergo, quæ est...* Ex tantorum virorum gravitate, urget Corinthios ad charitatis exhibitionem, seipsis dignam, dignam et ipsius Pauli gloriatione; dignam denique ecclesiarum expectatione.

OSTENSIONEM ERGO, QUÆ EST CHARITATIS, id est, tantum ac tale charitatis specimen illis exhibete; quantum vos decet et liberalem animum vestrum. Hoc indicat pronomen, *quæ ostensionem, quæ*, id est, ostensionem, exhibitionem, vestra charitate dignam, ET NOSTRÆ GLORIÆ PRO VOBIS. Græc., *de vobis*, id est,

ab ecclesiis missi et electi, videlicet ad hoc munus colligenda et perferenda pecunia.

*Gloria Christi*, q. d.: Qui apostoli sunt gloria Christi, id est, promovent et illustrent gloriam Christi. Quod tales essent vitæ et moribus, ut in iis Christus glorificaretur.

VERS. 24. — *Ostensionem ergo, quæ est charitatis*

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.*

1° Omnis quidem christianus, at præsertim qui christiane perfectioni student, duo notent miranda patientiæ et charitatis exempla in Macedonibus. In tribulatione multa leti fuerunt et alacres. In paupertate summa largi fuerunt et magnifici. Hæc autem duo gratia miracula sine miremur, ut et pro nostro modulo conemur imitari; leti patiamur, gaudeamus et libenter; in paupertate nostrâ benefici sumus et passionibus. Vide v. 1, 2, 3, 4, 5. Ad utrumque conferet exemplum Christi Domini; qui dives cum esset, pro nobis egenus factus est; beatus cum esset, pro nobis et pati, et mori voluit. *Aspicientes ergo in auctorem et consummatorem fidei nostræ Jesum, curramus per patientiam et charitatem*. Vide v. 9.

2° Notent divites ordinem, quem elemosynam facturi servare debent. Primò cor suum donent Deo. Deinde bona sua pauperi largiantur : Deus enim cor dantis primario respicit, secundario munera, v. 5.

#### CAPUT IX.

1. Nam de ministerio, quod fit in sanctos, ex abundantis est mihi scribere vobis.

2. Scio enim promptum animum vestrum; pro quo de vobis glorior apud Macedones, quoniam et Achaia parata est ab anno præterito, et vestra emulatio provocavit plurimos.

3. Misi autem fratres, ut ne quod gloriamur de vobis evacuetur in hæc parte, ut (quemadmodum dixi) parati sitis :

4. Ne cum venerint Macedones mecum, et invenerint vos imparatos, erubescamus nos (ut non dicamus vos) in hæc substantia.

5. Necessarium ergo existimavi rogare fratres, ut præveniant ad vos, et præparent reprimissam benedictionem hanc paratam esse, sic quasi benedictionem, non tanquam avaritiam.

6. Hoc autem dico : Qui parèd seminari, parèd et

et que decet nostrum de vobis gloriationem. Intellegitur de gloriatione, quæ sæpe de vobis glorior sum; tum de gloriatione futura, ut possim de vobis gloriar.

IN ILLOS, tales ac tantos, quos dixi ostendite, ostensionem ostendite; sicut expectans expectari; exhibete.

IN FACIEM ECCLESIARUM, id est, palam et in conspectu ecclesiarum : vel tale specimen charitatis, quod adificet omnes ecclesias : seu quod ad aliorum edificationem eat in conspectum omnium ecclesiarum, dignam ergo quam spectent, mirentur et laudent omnes ecclesie.

*vestra, et nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite*, q. d.: Charitatem ostendite insum in Titum et socios, scilicet eam que decet vos, vestramque tan liberali charitatem pariter et gloriam, id est, gloriationem nostram de vobis.

*In faciem ecclesiarum*, in conspectu scilicet omnium ecclesiarum. Ita Anselmus.

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.*

Notent et modum elemosynam faciendi, seu sua bona Deo dandi; humiliter scilicet et reverenter, v. 5. Notent fructum elemosynæ; plus prodest facienti, quam recipienti, v. 10. Omnes denique notent facilitatem faciendi elemosynam; ob quam facultatem nullus exeat, cum ad elemosynam faciendam sufficit voluntas, dummodo vera sit et seria, v. 12.

5° Notent pauperes modum elemosynam recipiendi, humiliter et grate Deum pro benefactoribus suis multum et assidue deprecantes, v. 14, 15. Notent et ipsi pauperes, quod ab elemosynâ suo modo faciendâ non sint immunes : quandoquidem sufficit voluntas ut v. 12. Velint ergo, compatiantur, obsequantur, verbis et officiis consolentur. Alia multa de elemosynâ vide in capite sequenti in commentario, et in corollario pietatis.

#### CHAPITRE IX.

1. Car il seroit superflu de vous écrire davantage touchant cette assistance qui se prépare pour les saints.

2. Parce que je sais avec quelle affection vous vous y portez, ce dont je me glorifie ainsi devant les Macedoniens, leur disant que la province d'Achaie a été disposée à faire cette charité dès l'année passée : et notre exemple a excité le même zèle dans l'esprit de plusieurs.

3. C'est pourquoi j'ai envoyé nos frères vers vous, afin que ce ne soit pas en vain que je me suis loué de vous en ce point, et qu'on vous trouve tout prêts, selon l'assurance que j'en ai donnée :

4. De peur que si ceux de Macedoine, qui viendront avec moi, trouvaient que vous n'eussiez rien préparé, ce ne fût à nous, pour ne pas dire à vous-mêmes, un sujet de confusion dans cette conjoncture.

5. C'est ce qui m'a fait juger nécessaire de prier nos frères d'aller vous trouver avant moi, afin qu'ils aient soin que la charité que vous avez promis de faire soit prête avant notre arrivée; mais de telle sorte que ce soit un don offert par la charité, et non arraché à l'avarice.

6. Or je vous avertis que celui qui sème peu, mois-

metet; et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet.

7. Unusquisque prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus.

8. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis; ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.

9. Sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus: justitia ejus manet in seculum seculi.

10. Qui autem administrat semen seminanti, et panem ad manducandum prestat, et multiplicabit semen vestrum, et auget incrementa frugum justitiæ vestre:

11. Ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.

12. Quoniam ministerium hujus officii, non solum supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino.

13. Per probationem ministerii hujus, glorificantes Deum in obedientia confessionis vestre, in Evangelium Christi, et simplicitate communicationis in illos et in omnes.

14. Et in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis.

15. Gratias Deo super inenarrabili dono ejus.

## ANALYSIS.

A v. 16 capitis octavi usque ad finem, suos commentat legatos; nunc redit ad negotium cui sunt destinati; de quo tamen superfluum est, ait, vobis scribere, ut ad illud excitet animos vestros; quia scio ad illud promptam et paratam voluntatem vestram. Reverè rem ipsam hic minus tangit, quam tres ejus circumstantias, scilicet in dando promptitudinem, abundantiam, hilaritatem: et hoc tantâ dexteritate simul et honestate tangit, ut quasi supponat potius quam persuadat.

§ 2, 5, 4. Mirâ charitatis arte promptitudinem insinuat.

§ 5, 6. Abundantiam egregiâ seminantis comparatione

## PARAPHRASIS.

1. Hos igitur vobis comendato legatos: nam de ipso subsidio pauperibus subministrando, propter quod veniunt ad vos, superfluum est vobis plura scribere, quibus excitet animos vestros.

2. Siquidem novi promptam esse ad illud voluntatem vestram: et de hac animi vestri promptitudine glorior apud Macedones, dicens quoniam non Corinthus tantum, sed et tota Achaia, jam ab anno superiore parata est sanctis elemosynam largiri: et hoc vestre promptitudinis exemplum multos provocavit ad imitationem.

3. Promissi autem Titum, et duos alios fratres nostros, ne hæc nostra de vestra promptitudine gloriatio, vana sit et falsa, in hoc elemosynarum negotio; eos, inquam, idèo misi, ut quemadmodum Macedonibus dixi vos esse paratos; ita de facto parati sitis, vos vestra elemosyna sit parata, cum adveniro.

sonnera peu; et que celui qui sème avec abondance, moissonnera aussi avec abondance.

7. Que chacun donne ce qu'il aura résolu en lui, même de donner, non avec tristesse, ni comme par force; car Dieu sème celui qui donne avec joie.

8. Et Dieu est assez puissant pour vous combler de toute grâce, afin qu'avant en tout temps et en toutes choses tout ce qui suffit pour votre subsistance, vous ayez abondamment de quoi exécuter toutes sortes de bonnes œuvres.

9. Selon qu'il est écrit: Il distribue son bien; il donne aux pauvres; sa justice demeure éternellement.

10. Dieu donc, qui donne la semence à celui qui sème, vous donnera le pain dont vous avez besoin pour vivre; et il multipliera ce que vous avez semé et fera croître de plus en plus les fruits de votre justice.

11. Afin que vous soyez riches en tout, pour exercer avec un cœur simple toutes sortes de charités: ce qui nous donne sujet de rendre à Dieu de grandes actions de grâces.

12. Car cette oblation, dont nous sommes les ministres, ne supplée pas seulement aux besoins des saints, mais elle est abondante envers Dieu, par le grand nombre d'actions de grâces qu'elle lui fait rendre.

13. Parce que ces saints, recevant ces preuves de votre libéralité par notre ministère, se portent à glorifier Dieu de la soumission que vous témoignez à l'Évangile de Jésus-Christ, et de la bonté avec laquelle vous faites part de vos biens, soit à eux, soit à tous les autres.

14. Et à témoigner l'amour qu'ils vous portent, par les prières qu'ils font pour vous, et par le grand désir qu'ils ont de vous voir, à cause de l'excellente grâce que vous avez reçue de Dieu.

15. Dieu soit loué de son ineffable don.

## ANALYSIS.

§ 7. Hilaritatem, Scripturæ testimonio.

§ 8. Occurrit difficultati, quæ in his exsequendis posent retardari; vult eos in Deum omnipotentem confidere et sperare. Dabit eis Deus et sufficientia sibi, et unda tribuant aliis.

§ 10. Hoc illustrat comparatione Dei cum hero temporali, et comparatione elemosynarum cum colono.

§ 12. Usque ad finem, varias hujus elemosynæ refert utilitates, quibus ultimum hucusque de eâ dicitur dat pondus.

## PARAPHRASIS.

4. Ne fortè, si mecum venerint Macedones, et vos, quos ab anno præterito paratos esse dixi, inveniant nondum paratos; erubescamus nos, ut non dicam vos, in hoc nostræ gloriationis argumento: nos, quia mendaces; vos, quia negligentes, et in sublevandis pauperibus pigri.

5. Hæc ergo de causâ necessarium duxi rogare hos fratres nostros, ut prius ad vos vadant, quam ego enim Macedonibus adveniam, et procurent ut hæc vestra largitas, ante promissa, sit parata et collecta; sic autem, ut appareat quod sit charitatis donum, non avaritiæ tributum.

6. Intelligite quod dico: qui parèe seminat, et minus liberaliter largitur, parèe metet, seu exiguum referet fructum: et qui copiosè seminat, seu largitur, copiosè metet, seu uberem referet fructum.

7. Unusquisque tamen donet juxta voluntatem suam, at det hilariter, non tristis; det et libenter, non quasi

coactus: Deus enim hilarem datorem diligit, ac remunerat.

8. Ne timeatis autem ne, si copiosius tribuatis, vos ipsi fortè indigeatis: potest enim Deus tantam omnium bonorum abundantiam vobis dare; ut in omni re, in omni tempore, omnem et plenam sufficientiam habentes, exerceatis abundè omnia pietatis opera.

9. Sicut in Psalm. 111 de viro justo scriptum est: More seminantis sparsit opes suas, et eas in pauperes liberaliter distribuit; ob hoc justitia ejus manet in seculum seculi.

10. Ne timeatis itaque, imò confidite: Deus, qui nunc dat vobis facultatem elemosynam largiendi, et aliorum inopia succurrendi; ipse vobis necessaria dabit, nec patietur vobis necessaria deesse; imò multiplicabit bona temporalia, quæ in pauperes seminat, et auget spiritalia preventus sanctitatis, et justitiæ vestre.

## COMMENTARIA.

VERS. 1. — NAM DE MINISTERIO... Hæc cum præcedentibus jungenda, ut in paraphrasi. In hoc igitur capite non tam excitat ad dandum, quam docet modum dandi promptè, largè, hilariter, ac primò de promptitudine dandi.

VERS. 2. — SCIO ENIM... SYR., siquidem novi promptitudinem voluntatis, etc., quia novi promptam esse vestram voluntatem ad hanc largitionem faciendam, et de hac animi vestri promptitudine sepe gloriatus sum apud Macedones, dicens illis: quoniam Achaia, cujus caput est Corinthus, jam ab anno præterito parata est sanctis elemosynam largiri.

Artem mirare et honestum cum Corinthiis agendi modum. Promptitudinem illorum supponit et laudat, ut eos promptitudinem doceat. De Corinthiorum promptitudine gloriatur apud Macedones; ut Corinthios pudeat, si coram Macedonibus appareant minus ad dandum prompti. Siquè mirâ sapientiâ Paulus discipulos et filios suos urget ad bonum.

ET VESTRA EMULATIO. Græc., et quæ ex vobis est emulatio, id est, et vestre promptitudinis exemplum fecit, ut alii multi fuerint promptiores; seu vestrum exemplum multos ad imitationem provocavit.

Supra laudavit Macedones ob largitatem; quia, inquit, supra vires, cap. 8, v. 5; hic Achæos laudat ob voluntatis promptitudinem, ab ANNO PRÆTERITO.

Vide, quomodo et illos per hos excitat, hosque per illos, ait Theophylactus post Chrysostomum. In quo patet spiritualis sapientia Pauli; ait Theodoretus.

VERS. 1. — Nam de ministerio, etc., id est, subministrato hujus elemosynæ, quæ fit in sanctos, id est, pauperes christianos, ex abundanti est, id est, superfluum est scribere vobis, cum ad illam prompti sponte vestra procuratis. Ita Anselmus.

VERS. 2. — Scio enim promptum animum vestrum, ad contribuendum elemosynam.

Pro quo de vobis gloriatur apud Macedones (de promptitudine), quoniam et Achaia parata est ab anno præterito, et vestra emulatio, id est, zelus misericor-

11. Ut in omnibus bonis divites facti, possitis in posterum corde simplici, et sincero affectu, omne charitatis genus exercere; quod nobis materiam præbet Deo gratias agendi.

12. Quoniam harum elemosynarum administratio, non solum supplet ea quæ sanctis desunt ad sustentationem: sed præterea facit, ut ob id plurimæ a multis Deo reddantur gratiarum actiones.

13. Qui vestram, per nostrum ministerium, pietatem experti, Deum glorificant ob vestram evangelicam confessioni obedientiam, et ob sinceram liberalitatem, quâ illos, et alios omnes bonorum vestrorum facitis participes.

14. Deum etiam glorificant precibus et obsecrationibus, quas pro vobis fundunt, quos optant videre, ob eminentem pietatem, quam vobis à Deo collatam in ferunt ex vestra liberalitate.

15. Gratias agimus Deo pro dono ipsius ineffabili.

## COMMENTARIA.

VERS. 5. — MISI AUTEM FRATRES... Titum et alios duos illustres socios, de quibus in cap. 8; ne quod gloriamur de vobis, id est, ne nostra de vestra promptitudine gloriatio

EVACUETUR, id est, inanis sit et falsa.

IN HAC PARTE, hæc in re, in hoc elemosynarum negotio. Circa alia multa, de quibus etiam pro vobis gloriatur, nihil timo.

Pressius urget ad promptitudinem, ob illorum honorem sollicitus. Eos ergo premiti, ut quemadmodum Macedonibus dixi vos esse paratos, ita quis reverè parati, vestraque pecuniarum collectio facta et parata, cum ad vos venero.

VERS. 4. — NE CUM VENERINT... GRÆC. ne fortè si venerint, etc. Multis ex locis patet quod discipuli suos apostolos deducebant, et itineris impensas præbebant; 1 Cor. 16, 6; Rom. 15, 24; Act. 16, 5, etc.

ERUBESCAMUS. Nos, quasi mendaces, qui falsò de vestra promptitudine gloriati sumus.

NE DICAM VOS, ad quos is pudor maximè pertinebit, quia vestra erit culpa.

IN HAC SUBSTANTIA GRÆC., in hoc; Græc., addit gloriationis, id est, in hoc nostræ gloriationis fundamento, argumento, subjecto. SYR., in gloriatioe illâ, quâ gloriati sumus, affirmantes scilicet et gloriantes vos esse paratos.

Mirâ charitatis arte, seipsam Corinthiorum partem facit, certatque pro ipsis; ait Theophylactus. Siquè eò pressius illos ad promptitudinem urget, quò majus sibi et illis imminet communde dedecus, si non invideat vestre, quem apud alios prædico et de quo gloriatur, provocavit plurimos, ad imitationem.

VERS. 5. — Misi autem fratres, Titum et alios duos, ut ne quod gloriamur de vobis, evacuatur in hac parte, ne scilicet falsa appareat, ne inanimè videatur gloriatus et falsò, vos esse tam promptos et liberales; si parcos et imperatos vos inveniant Macedones.

Ut quemadmodum dixi parati sitis, in adventum meum.

VERS. 4. — Ne cum venerint Macedones mecum, scilicet apud quos de vobis tam magnificè gloriatus

niantur parati. Vide quomodo infirmos, non tantum spiritualibus, sed humanis etiam urget rationibus; ait divus Chrysostomus.

VERS. 5. — NECESSARIUM ERGO... Ne ergo nos et vos coram Macedonibus erubescamus; necessarium duxi tres illos spectabiles viros premittere.

UL PREVENIAM AD VOS, id est, prius ad vos veniam, quam ego cum Macedonibus adventiam.

ET PREPAREM REPRIMISSAM. Græc., *præannuntiam*, seu ante promissam, id est, quam de vobis promissimus et diximus paratam.

BENEDICTIONEM, beneficentiam, largitionem, elemosynam. PARATAM ESSE, id est, curent ut hæc vestra benedictio, quam de vobis promissimus, et hanc gloriari sumus esse paratam, revera sit parata et collecta.

SIC QUASI BENEDICTIONEM..., sic autem sit parata et collecta, ut palam appareat quod sit liberalis et spontanea beneficentia. Sit charitatis et liberalitatis domum, libenter, hilariter et largè datum.

NON TANQUAM AVARITIAM, non sit avaritiæ tributum, tardè, invitè, parcè, et cum verbis malè ominantibus datum.

Transit Apostolus ad abundantiam et abscritatem; et has conditiones ex ipso nomine Græco deducit; sit de facto, *εὐχρηστία*. Derivatur ab *εὖ*, id est, *benè*, et *χρηστος*, id est, *dico*, *vel colligo*; *εὐχρηστία* ergo significat et benedictionem, et bonam collectionem. Sit revera benedictio, *εὐχρηστία*, benedictionis nomen mereatur; sit bona, ubi collatio, celeriter, spontaneè, et hilariter data.

Docet modum elemosynam faciendi; scilicet, animo et vultu læto, cum verbis gratiosis, quasi qui lucrum facit: et tunc est benedictio; et causa benedictionis æternæ à Deo et ab hominibus. Qui autem elemosynam tristis, invitus dat, hic avaritiam dat, non benedictionem, ait S. Chrysostomus.

VERS. 6. — HOC AUTEM DICO; in Græc., *hoc autem* (non est dico). Explico quod dixi, *tanquam benedictionem et non avaritiam*.

QUI PARCÈ SEMINAT, PARCÈ ET METET... Elemosyna semen est, quod in manu pauperis, quasi in agro Dei seritur; et cuius messis in sinu Dei colligitur. Sicut agricola, qui parcè seminatur, parcè et metit; ita et qui parvam facit elemosynam; parvam recipiet à Deo mercedem. Intellege parvam in comparatione multum seminantis: erit enim semper magna merces in conspectu. *Et imenerint vos imparatos*, etc.; in hæc materiam laudis et vituperii circa elemosynas, et tenacem avaritiam.

VERS. 3. — NECESSARIUM ERGO EXISTIMAVI ROGARE FRATRES, ut præveniant ad vos. Græcè, *ut præcederent ad vos*; præcederent, inquam, priusquam ego veniam cum Macedonibus.

ET PREPAREM REPRIMISSAM BENEDICTIONEM, beneficentiam et elemosynam vestram.

Hanc paratam esse, si quasi benedictionem, ut videatur spontanea et liberalis beneficentia; non tanquam avaritiam, non verò ab avaris extorta. Ita Anselmus.

VERS. 6. — HOC AUTEM DICO, q. d.: Hoc est quod volo dicere, aut quod volo vos scire.

Qui parcè seminatur, parcè et metet; et qui seminatur in

paratione seminis, seu elemosynæ date.

Sicut agricola, qui multum et copiosè seminatur, multum et copiosè metet; ita

QUI SEMINAT IN BENEDICTIONIBUS. Vide v. 5 quid significat *εὐχρηστία*; largè, copiosè, in beneficentis, valde benè largitur pauperibus; qui multas benedictiones, beneficentias, uberes collationes, quasi semina effundit in pauperes; amplam, uberem, copiosam mercedem à Deo recipiet.

Cum facis elemosynam recordare quod seminas et consequenter quod plus recepturus es, quam seminas; sed eà proportionem, quâ plus aut minus dederis; plus aut minus libenter et hilariter dederis. Pro modo largitionis erit et modus præmii. Qui dat liberaliter, à Deo recipiet liberaliter. Hæc tamen liberalitas ex animo, potius quam ex dono æstimatur, ut patet in vidua, quæ duo tantum minuta dedit. In tuâ ergo liberalitate sita est messis abundantia. Si multum habes, da multum; si parum habes, da libenter et gratiosè.

VERS. 7. — UNUSQUISQUE PROUT... Hoc tamen non dico, ut quemquam invitum cogam; etenim non tam donum exigo quam animum. *Unusquisque* donec quod voluerit: sicut in corde suo proposuit, at deo hilariter. Tertiam expressiōis assignat elemosynæ conditionem.

NON EX TRISTITIA, quam parit animus avarus, qui dat parum et tristis: sed hilariter, animo et vultu læto.

NON EX NECESSITATE, quasi per vim, quasi coactus, vel potentium auctoritate; vel aliorum tantum exemplo; ut suo consulat honori; sed sponte et libenter.

HILAREM ENIM DATOREM DEUS DILIGIT, id est, approbat et remunerat. Elemosyna charitatis fructus est, à corde ergo procedat per claritatem aperto, dilatato: detur eam gaudio et libenter. *In omni dato hilarem fac vultum tuum*. Ecclesiastici 35, v. 11. Si panem dederis tristis, et panem et meritum perdidisti; Aug., in psal. 42. Apud homines qui apparentiam tantum vident, sufficit quod quis operetur actum virtutis: apud Deum, qui cor intuetur, non sufficit quod solum operetur actum virtutis secundum speciem, nisi etiam secundum debitum modum operetur; scilicet, delectabiliter et cum gaudio; et ideo non datorem tantum, sed hilarem datorem diligit Deus; et non tristem et remunerantem; D. Thomas.

VERS. 8. — POTENS EST AUTEM DEUS. Stabilitis bonæ elemosynæ conditionibus, occurrunt timide cuidam cogitationi, quæ possent ab elemosynâ promptè,

*benedictionibus, de benedictionibus et metet*. Ostendit hæc sententiâ, ab exemplo eorum qui seminant, largè tribuendum esse, ut larga sit retributio.

VERS. 7. — *Unusquisque prout destinavit in corde suo, non ex tristitiâ, quam parit avarus animus, aut ex necessitate, consulendi suæ fame et pudori; q. d.: Volo bonum vestrum, etiam si exiguum sit, esse voluntarium, ne mercede privetur apud Deum.*

*Hilarem enim datorem diligit Deus*. Hilarem datorem vocat eum qui libenter et ex animo dat.

VERS. 8. — *Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, etc.; ut scilicet assidue, continue et abundè facere possitis elemosynas, aliisque et aliis benefacere.*

largè, hilariter faciendâ averti; scilicet, si sic largiamur, forte nos ipsi indigebimus. Quibus respondet, id ne timeatis. *Potens est Deus... Syr., facultas siquidem est in manibus Dei omnem beneficentiam augendi in vos*. Quasi diceret: Deus, qui cum liberalibus liberalis est, potest facere, ut pro vestra elemosynâ, omne genus bonorum abundet in vobis: seu potest omnium bonorum abundantiam vobis dare.

UT IN OMNIBUS..., ita ut in omni re, in omni tempore, omnem et plenam sufficientiam habeatis: seu que vobis sufficient ad honestè vivendum.

ABUNDETIS..., et præterea habeatis abundè ad omnia pietatis opera exercenda. Qui paucis contentus, sibi sufficientiam tantum tribuit; is multum poterit aliis dare. Sibi paucis, in pauperes magnificus. In carnalibus, quantum sat sit, ipsis petit; at in spiritualibus, ut etiam abundant, postulat; D. Chrysostomus.

VERS. 9. — Sicut scriptum est... Auctoritate Scripturæ: et exemplo ex eâ deducto confirmat fiduciam in Dei potentiam; seu confirmat quod in versiculo precedente dixi: *Potens est Deus... Sicut scriptum est...* quasi diceret: Ita ut quid simile vobis contingat, quod de viro justo scriptum est in psal. 111.

DISPERSET, id est, more seminantis sparsit opes suas; et eas in pauperes liberaliter et largè distribuit.

IUSTITIA EJUS, id est, elemosyna ejus: quæ iustus fit iustus; et quæ peccator ad iustitiam disponitur. Iustus quippe homines efficit, ait D. Chrysostomus, peccata in modum ignis absumens et conficiens, cum largissimè profunditur. Elemosyna igitur, seu opera misericordie, hæc iustitia dicuntur, sicut Matth. 6, 1: *Attendite ne iustitiam vestram faciat coram hominibus*. Iustitia itaque, seu elemosyna ejus, licet dispersa, non perit, sed manet et fructificat. Sicut semina in terram projecta non pereunt, sed uberiore fructu succrescunt: ita elemosyna iusti in pauperes sparsa non perit, sed permanet et fructificat.

IN SECULUM SECULI, id est, in seculum tum præsens, tum futurum; sit Theophylactus: seu in tempore et in æternitate. Permanet et fructificat in tempore quidem, per benedictionem Dei sæpè multiplicans bona temporalia iusti elemosynarii, quibus possit ampliores rursus elemosynas facere; seu, ut ait D. Paulus, *abundare in omne opus bonum*. In æternitate verò permanet et fructificat; quia præmia continuè parit æterna.

#### Observatio literalis.

Ex precedentibus in v. 8, et ex sequentibus v. 10, mihi videtur quod hæc sit mens D. Pauli, in citatione hujus Psalmiste versiculi, scilicet, quod elemosyna iusti maneat in tempore et in æternitate, ita ut largiter tribuendo non deficiat in tempore. In his enim versibus ita vult Apostolus Corinthios ad amplam elemosynam, per intuitum mercedis æternæ, indu-

VERS. 9. — *Sicut scriptum est* (in psal. 111): *Dispersit, dedit pauperibus*, id est, more seminantis spargit opes suas, ac distribuit eas in pauperes. *Iustitia ejus manet in seculum seculi*; manet scilicet in Dei memoria, et æternâ mercede, quasi segete et messe.

VERS. 10. — *Qui autem administrat semen seminanti,*

ere; et ut per intuitum divini omnipotentia; ab eorum cordibus omnem repellat diffidentiam, ne ob elemosynæ largitionem, ipsis necessaria desint. Imò vult ut credant et sperent quòd Deus eis et sibi sufficientia dabit, et abundè ad omnia pietatis opera in alios exercenda. Hanc in Deum fiduciam illis inspirat,

1<sup>a</sup> allegatione divini omnipotentia;

2<sup>a</sup> auctoritate Scripturæ, et exemplo viri iusti, da quo Psalmista loquitur;

3<sup>a</sup> promissione et similitudine de quibus v. 10;

sed ante:

#### Observatio moralis.

Hic cum D. Chrysostomo mirare, quòd quæ asserta pereunt, eodem cum dispergunt, manent et quidem in perpetuum. Quocirca, inquit, plenâ, confortatè manu sermatus.

Hinc videt Basilium opes puleis comparat, in Lucam 12. Pulei continuè exhausti et copiosiore et pulchriore flunt aquâ; dimissi verò et quieti facili putrescent: sic et opes recondate inutilis sunt, translate in pauperes fructum parunt.

Clemens Alexandrinus, lib. 3 Pædag., cap. 7, eadem nitur similitudine; et alteram addit. Sicut ad ubera quæ aguntur, hæc confuere solent; ita et opes confluent ad eos qui erogant illas.

VERS. 10. — QUI AUTEM ADMINISTRAT... PANEM PRÆSTABIT... Hic nostra Vulgata differt ab hodierno Græcè; quod iuxta Græcum optat Apostolus: *Suppediet, multiplicet, augeat*; optativo modo, iuxta nostram Vulgatam Apostolus promittit: *Præstabit, multiplicabit, auget*. D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus volum et orationem esse dicunt. Arabice versio in optativo; Syriaca versio sicut et noster interpres in futuro loquitur: *Largietur, multiplicabit, nutriet*... Item Æthiopica versio.

Quò longius omnem Corinthiorum diffidentiam repellat Apostolus, illis hæc duo promittit, que in v. 8 Deo possibile dixit; et que in v. 9 iustis ordinariâ contingere probavit ex Scripturis; scilicet, sufficientiam ad honestè vivendum; et abundantiam ad dandum pauperibus. Hæc autem ita promittit ut et rem elegantè similitudine illustret et sonnet. Deum comparat hero temporali; elemosynarium, colonò; elemosynam, semini. Sicut herus, qui suo colono semen administrat, quod in agro suo seminat; eidem colono dat panem et omnia victui necessaria, et præterea in tempore messis, facit illum suæ messis participem; quâ participatione, multiplicatis ejus seminibus, longè plura in anno sequenti potest seminare et metere: et sic deinceps in annis sequentibus; ita ut crescat quotannis seminum multiplicatio: ita Deus, qui elemosynario, quasi suo colono, SEMEN, id est, bona temporalia dedit quod in pauperibus, agro suo, sereret: eidem et victui neces-

suum agrum seminet, et panem ad manducandum præstabit, multiplicabit, auget; q. d.: Potens est Deus præstare, multiplicare, augete semen vestrum.

Et multiplicabit semen vestrum, et auget incrementa frugum iustitiæ vestræ. Augetur proventus iustitiæ et charitatis vestre, scilicet dabit incrementum gratia

BARIA PRÆSTABIT; et ejus facultates MULTIPLICABIT, quas rursus in plures possit pauperes dispergere: sicutque magis ac magis mereri. Hæc est similitudo; illiusque sensus. Jam ad verba.

QUI AUTEM ADMINISTRAT, id est, Deus, qui vobis, servis suis, suppeditat bona, quæ distribuitis: seu qui dat vobis facultatem eleemosynam faciendi, et aliorum inopiam sublevandi.

ET PANEM... id est, victum et omnia alia vobis necessaria dabit.

ET MULTIPLICABIT... et insuper multiplicabit hæc bona temporalia, quæ seminatis in pauperes: sicut multiplicat semina in terram jacta. Ecce carnalem eleemosynæ mercedem; ait D. Chrysostomus.

ET AUGMENTA FRUGUM. GRÆC. *fructus genibus*, seu germina JUSTITIÆ VESTRÆ, id est, et quod præcipuum est *augere* spirituales proventus *justitiæ vestræ*; scilicet dabit hic incrementum gratiæ, et in cælo gloriæ. Ecce spirituales remunerationem.

Incrementum gratiæ, majoris gloriæ meritum, fructus sunt et soboles justitiæ, seu charitatis quæ per eleemosynam exercetur. Triplicem itaque observam esse pro uno eleemosynæ semine, temporalem, spirituales, æternam. Bona temporalia per eleemosynam multiplicantur. Gratia et sanctitas interna augetur. Continuo crescit gloriæ meritum. Itaque quàm meriti Christus dixit, Act. 20, 35: *Beatus est magis dare, quam accipere*. Multo majus enim est dantis, quam recipientis enolumentum. Dans crescit in gratiâ; crescit in gloriæ merito: ordinariè datur et temporaliter. Ordinariè dixi, quia plerumque plus abundant eleemosynari, quam avari. Hic tamen providentiæ modus non est perpetuus, ut notat Estius; quia Deus ad suorum probationem et majorem gloriam, de rebus aliter disponit.

VERS. 11. — UT IN OMNIBUS... id est, ut in temporalibus et spiritualibus bonis divites facti.

ABUNDETIS IN OMNEM SIMPLICITATEM... id est, possitis in posterum corde simplici et affectu sincero omne charitatis genus abundanter exercere.

SIMPLICITAS; hic, munificentia, aiunt D. Chrysostomus, Theodoretus; candida liberalitas, candida et liberalis largiendi voluntas, ait Gagnæus.

hic, et gloriæ in cælo. Ita Theophylactus. Fruges enim intelligit divitiæ et æternæ remunerationis, ait Anselmus.

VERS. 11. — *Ut in omnibus locupletati, abundetis in omnem simplicitatem*. Deus ea quæ dixi vobis prestabit (aut prestet), utpote qui sitis per omnia divites perfecte simplicitatis, id est, virtute sinceræ liberalitatis.

*Quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo*, id est, quæ vestra simplicitas efficit, ut per nos gratiæ agantur Deo.

VERS. 12. — *Quoniam ministerium hujus officii*, administratio scilicet hujus collectæ eleemosynarum, non solum supplet ea quæ desunt sanctis, etc., ut per multos, ac presertim eos qui vestræ liberalitatis sunt participes, gratiæ Deo agantur.

VERS. 13. — *Per probationem ministerii hujus glorificantes Deum*, dum per nostrum ministerium, probatâ illis vestrâ liberalitate, Deum glorificant.

*In obedientiâ confessionis vestræ, in Evangelium*

Docet hic divitiarum finem et usum. Non sunt defendende: non sunt in vanis aut voluptuosis expendende; sed *ad omnem simplicitatem* habende, id est, ad omne bonum opus simplici et sincero charitatis affectu exercendum.

QUÆ OPERATUR... quæ vestra simplicitas et munificentia, materiam nobis præbet Deo gratias agendi. Eleemosyna semen est gratiarum actionis. A Deo procedit bonum quod datis, et bona voluntas, quâ datis; ad Deum redit utrumque per nostram gratiarum actionem.

VERS. 12. — *QUONIAM MINISTERIUM*... GRÆC. *ἡ λειτουργία τῆς λαοφυρίας*, diaconia hujus liturgiæ. Syr., *quia functio ministerii hujus*...

Probat propter eorum eleemosynam Deo gratias agi, et alias recenset eleemosynæ utilitates, quibus hæc rem conficit. Quoniam collecto et administrato harum eleemosynarum, non solum supplet sanctorum inopia, eis necessaria suppeditando; sed præterea facit, ut ob id plurimâ à multis Deo reddantur gratiarum actiones.

VERS. 13. — *PER PROBATIONEM*... id est, per experientiam, explorationem, id est, vestram quippe beneficentiam, per nostrum ministerium experti, Deum glorificant.

IN OBEDIENTIA CONFSSIONIS... Syr. *Quod subjecit sitis confessioni Evangelii Christi*. 1° Deum glorificant quod per opera vestra appareat quod verè christiani sitis et Evangelii sequaces. Seu ob vestram obedientiam fidei christiæ et Evangelio Christi: quam profitemini. Caritas in pauperes præcipitur ab Evangelio. Reddunt ergo Deo gratias ob vestram fidem et obedientiam Evangelio; seu ob vestram fidem veram, vivam et operantem.

ET SIMPLICITATE... 2° Ob candidam et sinceram liberalitatem, quâ illos et alios omnes vestrorum bonorum participes effectistis.

VERS. 14. — *ET IN IPSORUM OBSECRATIONE*... 3° Et glorificant Deum per orationes quas fundunt pro vobis, quos et optant videre, ob excellentem gratiam vestrâ à Deo collatam: fidem et charitatem, ex quibus orta est beneficentia vestra.

VERS. 15. — *GRATIAS DEO SUPER INENARRABILI*

*Christi*. Glorificant Deum in obedientiâ vestrâ, quâ continentini, et profitemini Evangelium Christi. Unde Syrus: *Glorificant Christum quod subditi sitis confessioni Evangelii Christi*. In Evangelium, id est, erga Evangelium, vel Evangelii.

*Et simplicitate communicationis in illos et in omnes*, id est, et super liberalitate vestrâ, quâ simplici animo purâque intentione participes bonorum vestrorum temporalium feceritis ipsos ac ceteros Christi pauperes.

VERS. 14. — *Et in ipsorum obsecratione pro vobis*, q. d. Pauperes Hierosolymitani, qui vestram eleemosynam recipient, dum pro vobis orant et obsecrant, glorificant etiam Deum.

*Desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis*; id est, qui magno vestri videndorum desiderio tenentur, idque propter eminentem Dei gratiam, quam vobis inesse cognoscunt; gratiam, inquam, fidei, ac beneficentiæ ex fide profectæ.

VERS. 15. — *Gratias Deo super, etc., dono*, scilicet

nono ERIS. Paulus quasi pro pauperibus gratias agit Deo, pro *dono ineffabili*, beneficentiæ, cujus fructus

charitatis et eleemosynæ vestræ, ex quo tam multa bona, totque Dei laudes undequaque redundant, ut

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.*

In capite præcedenti ordinem vidisti servandum in eleemosynâ benè et sanctè faciendâ. Cor primò dandum Deo; deinde danda pauperi substantia. Hoc Apostolus docuit in capite præcedenti. Vide corollarium pietatis: in hoc autem capite:

1° Nota modum quo danda sit hæc pauperi substantia, nimirum promptè, largè, hilariter. Promptè danda est eleemosyna; bonæ voluntatis fructus est, et charitatis donum: sit ergo prompta, detur celestiter. Nescit enim tarda molimina Spiritus sancti gratia. Largè et abundanter danda; semen est gloriæ, in paupere, quasi in agro Dei sata, et cujus messis in sinu Dei colligitur eò abundantior, quò copiosius fuerit semen: sit ergo larga, multa, abundans. *Qui parèe seminat, parèe et metet*; et qui copiosè seminat, metet copiosè. Hilariter et lætè danda; æterni regni emptio et acquisitio est: quis æternum Dei regnum acquirit tristis? Fiat ergo hilariter, corde aperto, vultu læto, cum verbis honestis et gratiosis, quasi qui lucrum facit maximum. Ad hæc vide v. 1, 2, 5, 4, 5, 6, 7.

2° Nota duo verba quibus utitur Apostolus, et quorum uno has tres eleemosynæ conditiones exprimit; altero autem tria vitia illis opposita rejicit. Eleemosyna, inquit, non sit avaritia, seu non sit avaritiæ donum; quod invitè, et ideò tardè, parèe, et cum tristitiâ datur. Eleemosyna sit benedictio, quæ datur ex animo, et ideò promptè, largè, hilariter. Vide v. 5.

3° Nota v. 8, 9, 10, 11, quomodo sic omnem diffidentiam à fidelium cordibus repellat, ut eos ad has tres eleemosynæ conditiones adimplendâs efficaciter exciteit, intuitu multiplicitatis utilitatis et temporalis et æternæ. Vide in commentario triplicem messem, tem-

#### CAPUT X.

1. Ipse autem ego Paulus obsecro vos, per mansuetudinem et modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis.

2. Rogo autem vos ne presens audeam, per eam confidentiam quæ existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulantes.

3. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus.

4. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes.

5. Et omnem altitudinem extollemus se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi,

verbis non possunt enarrari; ob æternam gloriam, quam nec oculus vidit...

meritiò dicatur inenarrabile. Vide Chrysostomum.

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.*

poralem, spirituales et æternam, pro uno eleemosynæ semine; v. 10.

4° Nota v. 12 apostolicam D. Pauli praxim in hac sua functione eleemosynas pauperibus Hierosolymitanis à Corinthiis fidelibus procurandi. Hanc eleemosynarum oblationem Apostolus aspiciat ut sacrificium; cujus sacerdotes erant Corinthii offerentes; diaconi autem ministrantes, ipse Paulus, Titus, et alii ejus comites; victimâ, ipsa eleemosyna; altare, pauperes Hierosolymitani; fumus et fragrans odor, gratiarum actio, et gloria Dei. Et hinc discite apostolicis oculis eleemosynam aspicerè. *Liturgia est*. Mysticum sacrificium, cujus es sacerdos, et quod ubique Deo potes et debes offerre.

#### PRAXIS.

Cum itaque pauperem fide præditum cernis eleemosynam à te petentem, altare statim cogita; existima te aram Christi videre, ait D. Chrysostomus: hoc igitur altare reverere, et super illud sacrificia. Super hoc altare mysticum, *honora Dominum de tuâ substantiâ*, Prov. 5, 9. Da de tuis divitiis, offer sacrificium, ex quo gloria et gratiarum actio, quasi fumus, ascendat ad Dominum. Da itaque, si potes, et da promptè, largè, hilariter, animo et vultu læto, et cum verbis gratiosis. Recordare quod sacrifices et offeras ipsi Deo, omnium honorum auctori. Si nihil habes de bonis externis, da de *tuâ substantiâ* internâ, da affectum, da compassionem, verbum consolatorium, da vel lacrymulam. Discas viscera aperire indigentibus; da pro magno promptitudinem, si nihil aliud habes, da vel lacrymulam: magnum enim remedium est afflictio misericordiâ; D. Gregor. Nazian., orat. de Carâ pauperum. Alia multa de eleemosynâ vide in capite octavo in commentario, et in corollario pietatis.

#### CHAPITRE X.

1. Mais moi-même Paul, je vous conjure par la douceur et le modeste de Jésus-Christ, moi qui, étant présent, paraîs bas et méprisabile parmi vous, au lieu qu'étant absent, j'agis envers vous avec hardiesse;

2. Je vous prie qu'étant présent, je ne sois point obligé d'user avec confiance de cette hardiesse avec laquelle on m'accuse d'agir envers quelques-uns, qui s'imaginent que nous vivons selon la chair;

3. Car, encore que nous vivions dans la chair, nous ne combatons pas selon la chair.

4. Les armes de notre milice ne sont point charnelles; mais elles sont puissantes en Dieu, pour renverser les remparts ennemis; et c'est par ces armes que nous détruisons les raisonnements humains;

5. Et tout ce qui s'élève avec hauteur contre la science de Dieu; et que nous réduisons en servitude tous les esprits, pour les soumettre à l'obéissance de Jésus-Christ;

6. Et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia.

7. Que secundum faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita et nos.

8. Nam et si amplius aliquid gloriosus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in edificationem, et non in destructionem vestram, non erubescam.

9. Ut autem non existimer tanquam terrere vos per epistolas

10. (Quoniam quidem epistola, inquit, graves sunt et fortes; presentia autem corporis infirma, et sermo contemptibilis);

11. Hoc cogitet qui ejusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas, absentes, tales et presentes in facto.

12. Non enim audeamus inserere, aut comparare nos quibusdam qui seipsos commendat; sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, et comparantes nosmetipsos nobis.

13. Nos autem non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regule quæ mensus est nobis Deus mensuram peringendi usque ad vos.

14. Non enim quasi non peringentes ad vos, superextendimus nos; usque ad vos enim pervenimus in Evangelio Christi;

15. Non in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei vestre, in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantiam;

16. Etiam in illa, quæ ultra vos sunt, evangelizare, non in aliena regulâ in iis quæ preparata sunt gloriosi.

17. Qui autem gloriantur, in Domino gloriatur.

18. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.

#### ANALYSIS.

In hoc, et duobus sequentibus capitibus suam propriam apologiam tenet Apostolus contra pseudo-apostolos, et quosdam ab eis deceptos, qui ob priorum epistolarum irritati, Paulum di ebant, in presentia timidum et humilem, in absentia verò audacem et per litteras fulminantem; hincque traducebant eum et hominem vanum, carnalem, seu in Evangelii ministerio, astutiâ, simulatione, aliisque mediis carnalibus utentem.

Primo itaque et cetero versus auctoritatem apostolicam cum humilitate christianam commisceat, obsecrat per Christi mansuetudinem, ne cogant ipsum suâ in eos auctoritate uti.

§ 3. In carne vivit quidem, sed non secundum carnem militat: arma quippe ejus spiritalia, eaque Dei virtute potentissima; tum ad omnes, quoscumque infidelium intellectus debellandos et captivos in obsequium Christi; tum ad omnem fidelium inobedientiam puniendam. Hæc apostolica puniendi auctoritate se tandem usum minatur, v. 6.

Interim, v. 7, Corinthiis suæ ipsius causæ judicium committit; ex factis ergo evidentibus et notis judicent,

6. Ayant en notre main le pouvoir de punir tous les désobéissants, lorsque vous aurez satisfait à tout ce que l'obéissance demande de vous.

7. Jugez au moins des choses selon qu'elles paraissent. Si quelqu'un se persuade en lui-même qu'il est à Jésus-Christ, il doit aussi considérer en lui-même que, comme il est à Jésus-Christ, nous sommes aussi à Jésus-Christ.

8. Car quand je me glorifierais un peu davantage de la puissance que le Seigneur m'a donnée pour votre edification, et non pour votre destruction; je n'aurais pas sujet d'en rougir.

9. Mais afin qu'il ne semble pas que je veuille vous étonner par des lettres

10. (Parce qu'à la vérité, disent-ils, les lettres sont graves et fortes; mais lorsqu'il est présent, il paraît bas en sa personne et méprisable en son discours);

11. Que celui donc qui est dans ce sentiment, considère qu'étant présents, nous nous conduisons dans nos actions de la même manière que nous parlons dans nos lettres, étant absents.

12. Car nous n'osons pas nous mettre au rang de quelques-uns, qui se relèvent eux-mêmes, ni nous comparer à eux; mais nous nous mesurons sur ce que nous sommes véritablement en nous, et nous ne nous comparons qu'avec nous-mêmes.

13. Or nous, nous ne nous glorifions point démesurément, mais nous renfermâmes dans les bornes du partage que Dieu nous a donné, nous nous glorifions d'être parvenus jusqu'à vous.

14. Car nous ne nous étendons pas au delà de ce que nous devons, comme si nous n'étions pas parvenus jusqu'à vous, puisque nous sommes arrivés jusqu'à vous, en prêchant l'Évangile de Jésus-Christ.

15. Nous ne nous relevons donc point démesurément, en nous attribuant les travaux des autres, mais nous espérons que votre foi croissant toujours en vous de plus en plus, nous étendrons notre partage beaucoup plus loin.

16. En prêchant l'Évangile aux nations qui sont au delà de vous, sans entreprendre sur le partage d'un autre, en nous glorifiant d'avoir bâti sur ce qu'il aurait déjà préparé.

17. Que celui donc qui se glorifie, ne se glorifie que dans le Seigneur.

18. Car ce n'est pas celui qui se rend témoignage à lui-même, qui est vraiment estimable; mais c'est celui à qui Dieu rend témoignage.

an sibi Paulo præferri debeant pseudo-apostoli: si enim illi Christi ministri sunt, patet quòd et ego: in hoc ergo solent per sum illis.

Modeste suppressit v. 8 facta Corinthiis nota, quibus suam posset extollere potestatem, ne illam ostentans, videatur velle metum per epistolas incutere: aiunt enim, inquit, quòd epistolæ meæ graves sint et fortes; presentia verò infirma et contemptibilis.

§ 11. At ipsos scire volo, quòd qualis sum absens verbo; talis et factus presens ero.

§ 12. Et sequentibus sic se justificat, ut ubique tenet pseudo-apostolorum vanitatem, quæ semetipsos aliis præferunt; quæ se falso jactant, quasi totam terrarum orbem predicando percurrerint; quæ de aliorum laboribus gloriantur. Paulus est contra, suo se pede metiens, non audit se talibus comparare; non jactat se super id quod est, et fecit: revera autem et de facto Corinthiis Evangelium primum prædicavit; de quo, non de alieno labore gloriantur, imò in Deo solo gloriantur esse scilicet et prædicat.

#### PARAPHRASIS.

4. Ego autem ipse Paulus, vester apostolus, obsecro vos per Christi mansuetudinem ac benignitatem; ego, inquam, qui, ut aiunt obtractatores mei, et quod mihi vertunt vitio, cum apud vos sum presens, humiliter me gero, et cum absum à vobis, audacter et cum auctoritate in vos ago;

2. Rogo autem vos, ne cogar, cum apud vos ero, eâ fiducia uti, quæ absens existimor audere; seu ne cogar meam potestatem audacter exercere in quosdam à vobis, qui à pseudo-apostolis seducti, existimant nos secundum carnem vivere.

3. Etenim licet illis hominibus similes, in carne vivamus infirma; non tamen secundum carnem, aut carnales affectus militamus, seu evangelicam exercemus ministerium;

4. Nam hujus militiæ nostræ arma sunt, non carnalia, sed spiritalia; eaque, Dei virtute, potentissima ad evitandas adversariorum nostrorum munitiones; quibus armati destruiimus philosophorum fidem oppugnantium ratiocinationes.

5. Et omnem altitudinem scientiæ humanæ et sermonis, quæ sese contra Evangelium effert; et quocumque ingenium, quantumlibet excellens, et studiis excultum, decimus captivum ad obediendum Christo Domino, per voluntariam fidei humilitatem.

6. Et eisdem armis ad manum habemus potestatem puniendi omnem inobedientem: quam quidem potestatem exercebo in contumaces, cum impletus fuerit obedientium numerus.

7. Interim ex factorum evidentia videte an pseudo-apostolis minor sim. Si quis illorum glorior se Christi ministrum esse; hic apud semetipsum etiam perpendat, quòd et ego quoque sum Christi minister, et in hoc illi non impar.

8. Dico non imparem, nam si quid amplius addidero de potestate, quam mihi Christus ipse dedit, ut saluti vestre prosim, non ut ei noceam, non erubescam quasi mendax aut vanus: quia veritatem dicam, ad Dei gloriam, et ad salutem vestram.

9. Verum non faciam, ne videar velle meam

#### COMMENTARIA.

VERS. 1. — IPSE AUTEM EGO PAULUS... In superioribus capitibus loquens, plurali numero usus est, quia non tam se, quam suos collegas, summeque in genere evangelicum ministerium teneri visus est: hic autem tribus vocibus singularibus exorditur: *Ipse Ego Paulus*, quia suam singularem apologiam contra suos amulos Judæos aggredditur. Dico Judæos, hoc enim patet ex cap. 11, v. 22; Judæos autem ad Christum conversos, ut patet ex hujus capituli v. 7, sed judicantes; seu legem cum Evangelio permisceentes; et illo Paulum odio singulari prosequentes, quia le-

VERS. 4. — IPSE AUTEM EGO PAULUS OBSECRO VOS PER MANSUETUDINEM ET MODESTIAM CHRISTI, q. d.: Oro vos per Christi mansuetudinem, ne me cogatis irasci. Qui in facie quidem humilis sum inter vos; quando presens sum, facie et specie externâ humilis et abjectus vidor.

ostentare potentiam et metum per epistolas incutere.

10. Etenim, inquit obtractatores mei, epistola ejus pondus et vim habent; ejus verò presentia corporalis humilis et demissa; ejusque sermo contemptibilis, sine vi, sine pondere.

11. Quicumque sit ille, qui talia loquitur; sciat, et persuasum habeat, quia quales sumus, verbo, cum absum; tales de facto erimus, cum vobis presentes fuerimus.

12. Non enim audeamus in quorundam numerum nos ingerere, aut nos cum eis comparare, qui semetipsos commendant et extollunt, nos verò despiciunt; sed nosmetipsos nostro quasi pede metimur, nosque nobiscum, non cum aliis, comparamus; multo minus nos illis præferimus.

13. Nos autem non gloriamur supra modum, ut quidam, sed manebimus intra limites, quos nobis Deus assignavit; juxta quam regulam apostolatus meus à Judæa ad Corinthum usque pervenit.

14. Neque enim hæc in re non ultra quam par est jactamus; aut gloriam nostram ultra terminos extendimus; quandoquidem revera et de facto primi ad vos pervenimus, primi Evangelium Christi prædicavimus.

15. Neque scit quidam, sine fine et modo gloriamur de laboribus alienis: speramus autem quòd fide vestra crescente, per hunc vestrum profectum in melius, augebitur in vobis gloria nostra, secundum mensuram laboris nostri in vobis excolendis.

16. Et præterea speramus quòd ad alias ultra Corinthum provincias progrediemur evangelizando, non in locis per alios preparatis, neque in alienis laboribus gloriantes; imò nec in nostris, sed in Deosolo.

17. Quisquis vult in aliquo gloriari, glorietur in Domino, ex quo, per quem, et ad quem omnia.

18. Non enim qui semetipsum laudibus effert, illo verò probatus est, sed ille quem Deus commendat, seu laude dignum demonstrat per opera.

gem per Evangelium abrogatam apertius prædicabat. Contra tales amulos, hic suam elevat vocem: *Ipse ego Paulus*.

Magna his verbis emphasis, magna gravitas inest, ait D. Chrysostomus. Dignitatem et auctoritatem indicant hæc verba, ait Theophylactus; hunc enim præ se ferunt sensum: Obsecro vos ipse ego Paulus, terrarum orbis doctor. Humilitatem è contra in his eisdem verbis agnovit D. Thomas, qui putat Apostolum ad sui nominis etymologiam alludere. Paulus autem interpretatur humilis et quietus, ait D. Tho-

Absens autem confido in vobis. Sensus est: Ego Paulus, inquam, qui (quod mihi vitio vertitur ab adversariis), cum apud vos sum, humiliter et submissè me gero; cum absens sum, audaciam et confidentiam cum auctoritate erga vos ostendo in epistolis quas scribo. Hæc enim ab Apostolo sic de seipso dicuntur,

mas. Ad quod alludens Apostolus: *Ipsæ ego Paulus*, id est, verè *Paulus*, id est, verè humilis, parvus et minimus, *obsecro* vos.

Uterque sensus et Patrum Græcorum, et D. Thomæ verus et optimus est. Græcorum quidem, quia reverè suam hinc vocem Apostolus attollit in pseudo-apostolos, de se magnificè sentientes, Paulum verò ut nullius pretii hominem, nihil sani docentem, traducentes. Taliū autem calumniatorum superbiā suā tandem auctoritate vult compescere; ne sua vilipendatur prædicatio, et proximi salus destruat, quam edificavit. Illic cum emphasi, cum acerbitate et auctoritate loquitur: *Ipsæ ego Paulus*. D. Thomæ verò, quia de facto Paulus, Christi humilitatis amator et imitator, etiam dum minatur, dumque terreat, suam ostentans potentiam, humilitatem tamen præ se fert: obsecrans loquitur, non imperans: quia superbos vult Christi et suo exemplo humilitatem docere, et humilitate ad salutem adducere. Hinc licet minax, humiliter tamen obsecrat, ut à malo desistant, ad meliorem mentem redeant, et ipsam ad puniendum non cogant. Auctoritatem ergo suam Paulus hic demonstrat minarum in contumaces intente. Humilitatem verò suam exhibet, suā ipsorum obsecratione, et per Christi mansuetudinem obsecratione, ne ad punitionem cogant. Ita superior ecclesiasticus, qui quos arguit vult corrigere, edificare, salvare; suam semper auctoritatem debet cum humilitate contemperare.

PER MANSUETUDINEM ET MODESTIAM, Græc., *ἐπιεικείαν, comitatem*, facilitatem, humilitatem. Hinc Jurisconsulti benignam legis interpretationem vocant epicheiam.

Mansuetudo spectat ad animum, comitas ad conversationem.

Admiranda sanè fuit in omnes mansuetudo et comitas Christi: at hanc non mirandam modò, sed et omnibus imitandam proposuit: *Discite à me quia mitis sum*, etc.

Ostendit his verbis D. Paulus quantum hæc Christi virtus sibi sit cordi, quam cara, cum per eam obsecret. Ostendit et simul quam verè sit illius sectorator, et quam sincerè velit ignoscere, non punire; sed omnes ad penitentiam venire: ideò rogat per Christi mansuetudinem, ne cogant eum contra hanc mansuetudinem, irasci, punire, etc. Quasi diceret: Ne cogatis me delicere ab hac mansuetudine, quam adeò cupio, ut et intercessionis loco eam vobis objiciam; ait Theophylactus. Sic invidus irascatur, et punitur sicut velut in vituperium ipsius ab aliis objecta.

VERS. 2. — *Rogo autem vos ne presens audeam, per eam confidentiam quæ existimor audere in quosdam*. Rogo vos, inquam, ne vestra culpa contingat, ut qui presens apud vos humiliter hæc me gessi, posthæc cum eâ fiducia quæ absens audere existimor, etiam presens audeam; hoc est, audeat et intrepidè potestatem meam exercere in quosdam ex vobis.

Qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus, tanquam carnalibus mediis, carnali scilicet, humanaque ac politica prudentiâ, industriâ, astutiâ utar, ut cum non ausim presens comparere, vel intempere, absens id faciam per audeces et minaces lit-

terior, Christi mansuetudinis semper memor.

QUI IN FACIE QUIDEM... Pseudo-apostoli Paulum contemnentem, dicebant quòd quidem presens et in conspectu humilis erat et timidus, absens verò audeat erat et minax; hincque calumnia bantur eum quasi carnalem, ut in v. 2. Hæc autem eorum verba hic repetit, ut calumniam refellat. *Ego igitur Paulus ille, qui...* Vide paraphrasim.

CONFIDO. Græc., *ἐπέθο, liber sum et audeo*.

VERS. 2. — *ROGO AUTEM VOS...* Explicat et perficit quod in primo versu incepit. Vide paraphrasim. EXISTIMOR. Græc., *ἐπίθο, cogito*, id est, delibero, quasi nondum determinatus, ut locum det penitentis.

Dicebant obtrectatores, Paulum presentem mitius agere, captandæ gratiæ causâ, et improborum offensæ metu: absentem verò durius agere, sui timoris et reverentiæ iaculandæ gratiâ. Hincque inferebant quòd in Evangelii ministerio mediis uteretur carnalibus, astutiâ, et prudentiâ seculari et politica. Itaque calumniam refellit v. 5.

Hinc discite quòd carnalibus omnia carnalia; et ideò spiritualis homo semper ab aliquo spernetur et reputabitur ut carnalis. Hinc discat et superior spiritualis, quòd quoquo modo se gerat, ab aliquo damnabitur: si humiliter se gerat, ignavus et blandiens; si cum auctoritate agat et loquatur, superbus reputabitur. Hæc una è ministerii persecutionibus est; agat coram Deo quòd suum est; patiatur ab hominibus quòd Deo bene visum fuerit; ad utrumque, exemplo divi Pauli, imò exemplo ipsius Christi, pastorum pastoris, animetur.

VERS. 3. — *IN CARNE ENIM AMBULANTES...* Illatum refellit calumniam, quia contra ministerii sui gloriam. Equidem, aliis hominibus similis, corpus gero carneum, et in carne infirmâ vivo. At secundum CARNEM, aut carnales affectus, NON MILITAMUS adversus infidelitatem et peccatum. *Vita hominis militia est*, ait Job. 7; at apostoli vita speciatim est militia, quâ sub imperatore Christo militatur adversus mundum et demonem, mundi seu seculi principem. At militia non carnalis, sed spiritualis; non secundum carnis affectus, aut prudentiam secularum, regulasque mundi.

VERS. 4. — *NAM ARMA MILITIÆ...*, id est, apostolici ministerii nostri ARMA NON SUNT CARNALIA, scilicet opes, gloria, astutiâ, simulatio, facundia, vires et alia quibus homines carnales et politici ad fines suos utuntur: hæc enim omnia invalida.

SED POTENTIA DEO..., id est, sed spiritualia, eaque teras.

VERS. 5. — *In carne enim ambulantes, etc.* Apostolus secundum carnem ambulare, militare, gloriari dicit eos, qui carnalium et politicorum hominum more animaliter vivunt, ambulant, gloriantur in specie et apparentiâ externâ, in rebus et dotibus externis, videlicet in nobilitate, prorsipiâ, eloquentiâ, gratiâ, prudentiâ, iisque quasi armis minantur ad favorem et plausum hominum, ut omnes sibi conciliant ac subjiciant.

VERS. 4. — *Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt*, ut sunt artes, scientiæ, rationes, praxæ humane, facundia, adulationes, jactantia, simulationesque

Dei virtute, valida, fortis, efficacia. *Potentia Deo*, id est, per Deum. Syr., *virtus Dei*.

Nota cum divo Chrysostomo quòd totam potentiam Deo ascribit: ideò non dicit, nos potentes sumus; sed *arma*: et hæc non in se, aut per se potentia, sed per Deum. Non nos ea talia fecimus, sed Deus ipse; gestamus ea quidem; at Deus ipse per ea dimicat et operatur. Quæ sunt hæc arma apostolica? Verbum Dei, patientia, mansuetudo, humilitas, oratio, charitas. Hæc in se quidem infirma; at per Deum, per Dei potentiam, per dona Spiritûs S., per miracula.

POTENTIA SUNT AD DESTRUCTIONEM MENTIONUM, id est, ad evertendas omnes adversariorum munitiones, seu omnia munimenta, quibus suos tuerentur errores, et quæ objiciunt contra Evangelium.

CONSILIA DESTRUENTES, pro destruis. Quibus destruis rationationes, syllogismos, per quos fidem oppugnant. Explicat, inquit divus Chrysostomus, quid per munitionem intelligat, scilicet fastum gentiliū, vim argumentorum, et captiones dialecticas.

VERS. 5. — *ET OMNEM ALTIUDINEM...* Persistit in metaphorâ munitionum, quorum alia quidem artificiosa, alia verò sublimitate sunt inexpugnabilia. De prioribus in v. 4; hic de posterioribus seu de turribus. Si turris fuerit munitio, vel propugnaculum resistens scientiæ Dei, seu Evangelio, id quoque demolitur; Theophylactus. Sensus ergo est: Quibus et destruis omnem elationem, quæ esse effert adversus cognitionem Dei, id est, quidquid in scientiâ humanâ et sermone seculari altum et sublime est, et quod Evangelio Dei opponitur.

ET IN CAPTIVITATEM... Græc., *captivantes*. Syr., et *captivos ducimus omnes intellectus ad obedientiam Christi*; id est, et omne seu quolibet ingenium, quantumcumque sit excellens et studiis excultum, ducimus captivum ad obediendum humiliter Christo Domino. Hoc in Dionysio Areopagitiâ, in Paulo proconsole, in Clemente Romano, et aliis effecerunt arma apostolica; hoc et in omnibus operari sufficientia erant. Animo revolve eos, qui magice artis libros combusserunt, affectata gravitas et prudentia, quibus mundi homines utuntur.

Sed potentia Deo, fortis Deo, valida et efficacia per Deum, id est, virtus sunt Dei, quia Deus per ea potenter operatur in animis audientium, eosque ad fidem convertit, etc. Hæc arma, ait Anselmus, sunt vehementia spiritus et zeli, efficacia prædicationis, ut Deus videatur verbis nostris pondus et energiam indere et inflare, sapientiâ, sanctitas, miracula, crebra oratio, pura intentio, patientia, charitas.

Ad destructionem mentionum. Munitiones vocat omnes rationes, syllogismos, sophismata, eloquentiam, virtutes philosophicas, secularem potentiam, gratiam, amicitiam, et quidquid gentiles ac demones objecerunt et opposuerunt apostolis et Evangelio. Ita Chrysostomus, Anselm. et alii.

Consilia destruentes, q. d.: Nostris armis destruis omnia prædientium hujus seculi consilia, quibus Evangelium nostrum evterere, suum gentilismum, suos doctores et philosophos statuere et stabilire, Christoque et nobis præferre moluntur.

VERS. 5. — *Et omnem altitudinem*, quidquid in sermone vel scientiâ seculari grande et sublime est, et apud homines admirationem excitat.

§ S. XXIV.

et videbis quomodò Paulus captivos duxerit; Theophylactus. Vide Act. 19, 19.

In obsequium Græc., *in obedientiam*, id est, ad obediendum Christo. His verbis enollit captivitatis durum nomen. Captivi gemunt sub jugo; at felices captivi, qui obediunt Christo. Ut enim divus Chrysostomus ait, à servitute ad libertatem, à morte ad vitam, ab exitu ad salutem transierunt.

VERS. 6. — *ET IN PROMPTU*. Græc., in parato, HABENTES. Syr., *ac parati sumus ad faciendam vindictam de iis qui non obediunt, cum impleta fuerit obedientia vestra*, id est, ad manum habemus potestatem animadvertendi in fideles qui non obediunt; scilicet per censuras ecclesiasticas, quarum præcipua est excommunicatio.

CUM IMPLETA FUERIT VESTRA OBEDIENTIA, id est, quam potestatem in contumaces exercebo; cum completus fuerit numerus eorum, qui volunt obedire.

Multis adhuc erant Corinthii ab impostoribus decepti, qui divo Paulo non obediabant; et qui magnis erant peccatis onerati, quibus dat emendationis tempus. Terrefecit eos, ut emendantur; minatur et sæpè minatur, et neminem vult ferire, nisi quidam persisterint contumaces. Medicus est præstantissimus, pater communis, patronus, procurator, a tueri Chrysostomus, omnes vult salvare, salvare, duci, protegere, neminem vult perire. Talia viscera induit prælati, etiam minax et puniens. Patrem, medicum, patronum se cogitit, salutem intendat et quaerat.

VERS. 7. — *QUÆ SECUNDUM FACIEM SUAM VIDETE*. Græc., *quæ secundum faciem aspicietis*. Syr., *faciem intuemini*. Chrysostomus, *videtis*. Legendum est per interrogationem, ait Theodoretus. Videtis? Hoc inter utramque lectionem discrimen interest, quòd juxta Græcos, D. Paulus Corinthios objurgat quod ea tantum que parent, aspiciant, quasi diceret: Ita ex externam tantum hominis personam consideratis? Juxta nostram Vulgatam Apostolus monet, ut saltem ex rebus apparentibus et notis judicet, ut minor sit pseudo-apostolis: seu, ut ait D. Thomas, committit

*Extolentem se adversus scientiam Dei*. Quòd totum destruedum dicit, quatenus extollitur adversus scientiam Dei, quâ mirum Deus cognoscitur.

Et in captivitate redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, q. d.: Hæc militia nostrâ vincimus et captivamus omnes hostes nostros. Captivum ducimus omne ingenium humanum, quantumcumque excellens et scientiis excultum, ad obediendum et humiliter submitendum se Christo per fidem.

VERS. 6. — *Et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam*, q. d.: Promptum quoque mihi est et facile ulcisci rebellium et pseudo-apostolorum, qui mihi detrahunt inobedientiam, eos scilicet excommunicando. *Cum impleta fuerit vestra obedientia*, q. d.: Tunc ea potestate utemur, cum vestra obedientia fuerit impleta, id est, cum vos plenè ad obedientiam reductos videro.

VERS. 7. — *Quæ secundum faciem sunt videte*, q. d.: Secundum faciem, ut aiunt, humilis sum; ergo quæ secundum faciem sunt videte, et ex iis de me et illis judicate.

Si quis confidit sibi Christi se esse, id est, si quis de seipso confidit, vel sibi persuasum habet se Christi fidelem esse, aut potius Christi ministrum.

(Vingt-sept.)

eis iudicium cause sue; quasi diceret: Item expendite ex iis, quae manifesta sunt, et ex iis licet componite.

Si quis confidit... id est, gloriatur se Christi ministrum esse.

HOC COGITET ITERUM APUD SE. Syr., *is sciat ex se ipso*; id est, hic, etiam me non monente, apud semetipsum perpendat, quod et ego quoque sum minister Christi; hoc enim omnibus apparet, tum ex vita mea, tum ex actionibus; et ideo in hoc non sum inferior illo.

Pseudo-apostoli, licet Iudaei, se christianos esse gloriabantur. Legem autem cum Evangelio miscbant.

VERS. 8. — NAM ETSI AMPLIUS... dixi me in hoc illi non imparere; nam si quid amplius addidero, seu si quid plus dixerō de nostrā potestate, quam illi possint de sua dicere.

NON ERUBESCAM, quasi mendax; aut vanus, quia veritatem dicam, non ad meam, sed ad Dei gloriam et salutem vestram.

QUAE DEDIT NOBIS DOMINUS IN AEDIFICATIONEM.... Ostendit legitimum ecclesiasticae potestatis usum, aedificare, possedere: simul et suis aemulis improperat quod ipsi destruerent in Corinthiis, quae Paulus in illis aedificaverat: quia legalia observanda praedicant, quae Paulus abrogata docebat.

Si quid igitur amplius dixerō de potestate, quam mihi Christus ipse Dominus dedit, ut in vobis extruam spirituale salutis aedificium; cuius basis est fides, spes quasi paries, charitas culmen; non verò ut hoc aedificium destrua, falsā doctrinā aut exemplo pravo: *Non erubescam* quasi quid aut falsò, aut vanè dixerim.

A Domino datur potestas ecclesiastica. Hinc à fidelibus honorandi, colendi sunt omnes hāc potestate à Domino honorati. A Domino datur potestas ecclesiastica in aedificationem, non in destructionem. Hinc praetuler inferiorum salutē tenetur semper prodesse, nunquam nocere. Hinc pastor falsa docens, contra fidem, aut bonos mores; destructor est, non pastor.

Hoc cogitet iterum apud se, id est, hoc etiam atque etiam perpendat apud se, scilicet ut non opus habeat à nobis doceri; res enim per se manifesta est.

Quis scit ipse Christi est, ita et nos. Hāc parte non sumus eo inferiores.

VERS. 8. — NAM ETSI AMPLIUS ALIQUID GLORIOSUS FUERO DE POTESTATE NOSTRĀ, APOSTOLICĀ, QUAE NON TANTUM PRAEDICARE EVANGELIUM, SED ETIAM CORRIPERE ET PUNIRE DELINQUENTES POSSUM.

Quam dedit nobis Dominus, Christus ipse, non homo quisquam, sicut ait Gal. 1.

In aedificationem, et non in destructionem vestram. Ad hoc, inquit, potestatem mihi dedit, ut vos et alios homines aedificem spiritualiter, id est, ad salutem promoveam; non autem ut destrua, id est, à salute aut profectu salutis impediam.

Non erubescam, non pudetiam tanquam arrogans; quia iure et cum honestate id facere possum.

VERS. 9. — UT AUTEM NON EXISTIMET, etc.; ut autem non videat terrene vos velle, et metum incutere per epistolas, quasi praesens nihil audeam.

VERS. 9. — UT AUTEM NON EXISTIMET... Syr., *verum commoveo, ne existimet tanquam is, qui perterrefaciendo perterrefacit vos per Epistolas meas*. Possem, inquam, de maiori potestate gloriari, sed non faciam, ne videar velle meam ostentare potentiam et metum vobis per Epistolas incutere.

VERS. 10. — QUONIAM QUIDEM EPISTOLAE..., etenim, inquit obtreatorales mei, epistolae ejus graves sunt sententiarum pondere, et fortes rationum argumentis; seu pondus et vim habent; in eis et per eas tonat, fulminat, terrefacit.

PRESENTIA AUTEM CORPORIS VILIS, pusilla, INFIRMA VULTUS et corporis habitus nihil habens magnificentum, ET SERMO DEJECTUS, HUMILIS, CONTEMPTIBILIS. Graec., *nihil factus*; quasi diceret: Sine vi, sine pondere. Quasi diceret: Tonat et terrefacit absens: ubi adest, homunculus apparet, cuius sermo contemnitur.

D. Paulus corpore parvus erat, hinc à D. Chrysostomo tricubitalis appellatur. Paulus tricubitalis est et caelos transcendit, D. Chrysostomus citatus à Cornelio à Lapide, qui et Nicephorum citat.

VERS. 11. — HOC COGITET... ac persuasum habeat quisquis ille sit, qui talia de me dicit: quia quales sumus verò per Epistolas, cum absimus; TALES ET DE FACTO ERIMUS, cum ad vos advenierimus.

Alii, tales et de facto sumus praesentes: sero sumus nobis semper similes, sive cum adsumus, sive cum absumus.

VERS. 12. — NON ENIM AUDEMUS..., dico quod mihi semper sim similis. *Non enim audemus* nos in eorum numerum inserere, aut eos comparare quibusdam, scilicet, pseudo-apostolis, qui sese extollunt, nosque depriment. Tales ac tanti sunt, ut nec audeamus, ob nimiam inaequalitatem nos cum illis conferre.

Ironiam hic agnosce, quā illis arrogantiae insinuat; quia falsò se jactabant et aliis praeferebant.

SED IPSI IN NOBIS NOSMETIPSOS METENTES, id est, metuntur et comparantur, nosmetipsos nobis; id est, nulli nos comparamus, multò minus aliis nos praeferrimus; sed nosmetipsos secundum ea, quae sunt in nobis, quasi nostro pede, et nostrā mensurā metuntur; non me majorem facio quam sim.

VERS. 10. — QUONIAM QUIDEM... inquit, mei obtreatorales et pseudo-apostoli, epistolae, quae ad vos scribit Paulus, ó Corinthii, graves sunt et fortes, hoc est, dure et acres, severae et minaces; praesentia autem corporis infirma, vilis, abjecta, pusilla, contracta. Et sermo contemptibilis, rudis, incoctus, inelegans.

VERS. 11. — HOC COGITET qui ejusmodi est, obtreator, qui jactat de me, cogitet hoc, quia, id est, quod, quales sumus verò per epistolas absentes, tales et praesentia in facto, sermone transmissos per epistolam, nempe potestatem nostram ac severitatem ostendentes; tales etiam sumus praesentes; nec solum sermone, sed et opere, scilicet cum opus est.

VERS. 12. — NON ENIM AUDEMUS inserere, id est, annumerare, aut comparare nos quibusdam qui se ipsos commendant; q. d.: Illi tam magnos se faciunt, ut non audeamus nos censere cum talibus pseudo-apostolis qui se suaque supra veritatem extollunt; q. d.: Non ea jacto, quae non habeo, ut ipsi; sed ipsi in nobis nosmetipsos metentes, et comparantes nosmetipsos

Graeci legunt: *Sed ipsi in seipso metentes, et conferentes seipso nosmetipsos non intelligunt.* Syr., *sed quia isti semet sibi comparant, non intelligunt.* D. Augustinus ita legit etiam. Juxta hanc lectionem sensus est: Sed ipsi pseudo-apostoli nosmetipsos secundum proprium affectum, qui in ipsis est, metentes, non secundum aliquam certam regulam; nec secundum operum à se factorum veritatem; et ideo in suā mensurā, seu in suo iudicio errantes, et se majores quam sint, arbitantes; non intelligunt, seu non sapient: hoc enim stultum est suo se iudicio metiri.

VERS. 15. — NOS AUTEM NON IN IMMENSUM. Graec., non in immensurata, gloriabimur. Syr., *Nos non gloriamur supra mensuram nostram, sed juxta mensuram terminis, quem distribuit nobis Deus, ut et petingamus usque ad vos.*

Taxat pseudo-apostolos, qui se jactabant, quasi totum terrarum orbem praedicando percurrissent, ait D. Chrysostomus, et post ipsum Theophylactus.

NOS AUTEM NON GLORIABIMUR supra modum, ut quidam.

SED SECUNDUM MENSURAM REGULAE..., id est, sed manebimus intra limites quos Deus nobis assignavit.

MENSURAM PERTINGENDI AD VOS ESQUE. Juxta quos, apostolatus meus ad vos usque pervenit.

Alludit ad regulam, seu funiculum distributionis, per quam agri mensores partes terrarum cuique possessori suas assignant. Juxta quam metaphoram Deus vinea dominus, singulis servis suis partem assignat, quam suis laboribus excolant. Deus autem inter alias provincias, et Achaiam Paulo dedit excolendam. Sicque Paulus jure potest gloriari de Corinthiis, quasi de vinea quam plantavit et coluit: seu quod primus illis Evangelium praedicavit, illosque in Christo Jesu, per Evangelium genuit.

VERS. 14. — NON ENIM, QUASI NON PERTINGENTES AD VOS, SUPEREXTENDIMUS NOS. *Non superextendimus nos*, id est, neque hāc in re, nos ultra quam par est, jactamus; seu gloriam nostram extra suos terminos extendimus.

nobis; id est, metior me meo pede, meis dotibus, et Dei donis, rebusque à me per Dei gratiam gestis, ait Photius. Sed ipsi arrogantia et ambitione excecati, non intelligunt se metiri et comparare nosmetipsos magnosque facere ex suo ipsorum iudicio; q. d.: Incipit ipsi se attollunt, et gigantes faciunt.

VERS. 15. — NOS AUTEM NON IN IMMENSUM GLORIABIMUR, id est, ultra modum, seu politis ultra terminum ac metas laboris nostri in Evangelio. Videtur enim pseudo-apostoli sese mendaciter jactasse quod usque ad fines orbis terrae propagasset Evangelium Christi; quod erat in immensum gloriari. Nos autem, inquit, non ita gloriari volumus.

Sed secundum mensuram regulam quae mensus est vobis Deus, id est, ego me verā mensurā ac regulā meliorum, donorum videlicet et provinciarum, quam mihi sua designatione quasi memoria regulā admensus est, et attribuit Deus.

Mensuram petingendi usque ad vos, id est, evangelizandi à Iudaea per interjacentes omnes provincias, Corinthum usque; q. d.: Glorior, et verè glorior de meā mensurā ac magnitudine, id est, multitudine

QUASI NON PERTINGENTES AD VOS..., id est, equidem illam superextenderem, si ad vos reverā non pervenissem.

USQUE AD VOS ESIM Pervenimus in Evangelio Christi, id est, ad de facto ad vos perveni et primus perveni; primus Evangelium Christi vobis praedicavi. De vobis ergo filiis meis, vineā meā, opere meo, possum merito gloriari.

Retundit pseudo-apostolorum vanitatem, verbis se jactantium et superextendentium: sed de facto nullam urbem à se conversam ostendentium: sicque de alienis, et non de suis laboribus gloriantium.

VERS. 15. — NOS IN IMMENSUM GLORIAMUS... Graec., non in immensurata gloriamus... Syr., *neque gloriamur praeter mensuram nostram in labore alieno*; id est, non eximus è limitibus nostris, gloriantes de laboribus alienis, sicut obtreatores mei, qui gloriatur de Ecclesiis, quas fundaverunt alii, earumque se apostolos falso jactant; quasi diceret: Cūm de vobis glorior, non gloriatur supra modum, de labore alieno, sicut pseudo-apostoli, in Christo enim Jesu per Evangelium ego vos genui; 1 Cor. 4. *Nonne opus meum vos estis?* 9.

SPERM AUTEM HABENTES, id est, habemus; seu, ut ait Sytus, *sed est nobis spes.*

CRESCENTIS FIDEI, id est, augescente fide vestra, Syr., *crecente fide vestra*. Graeci per genitivos exprimit, quae Latini per ablativos absolutos.

IN VOBIS MAGNIFICARI. Syr., *nos in vobis magnificari iri*, id est, spero quod per hujus fidei vestrae profectum, magnificabimur in vobis: seu in vobis augeretur gloria nostra, propter vestrum in melius profectum.

SECUNDUM REGULAM NOSTRAM IN ABUNDANTIAM, id est, augeretur, inquam, secundum mensuram laboris nostri in vobis excolendis, perficiendis et promovendis in abundantiam, seu ad perfectionem. Potest etiam, in abundantiam, verti abundantiam et jungi verbo, magnificabimur.

VERS. 16. — ETIAM IN ILLA QUAE ULTRA VOS SINT, EVANGELIZARE. Syr., *quoniam et ultra vos progrediemur evangelizando*; id est, et praeterea spero, quod ad alias,

provinciarum, quas Christo et Ecclesiae adjeci.

VERS. 14. — NON ENIM QUASI NON PERTINGENTES AD VOS, etc., propagando. Ut proinde veraciter possim de vobis, ut filiis dicere: In Christo lesu per Evangelium ego vos genui, etc. *Opus meum estis in Domino.* 1 Cor. 4 et 9.

VERS. 15. — NON IN IMMENSUM GLORIAMUS in alienis laboribus. Nam gloriatur extra mensuram nostram, ac super alienis laboribus, uti faciunt aemuli nostri; qui Corinthi, ubi Apostolus fundamenta fidei jecerat, subintrarunt in ejus labores.

SPERM AUTEM HABENTES crescentis fidei vestrae. Spero quod, cum fides vestra crescat, me ulterius non egotibus, quodque per vos aditus mihi fiet ad vicinas gentes, ut possim ulterius evangelizare, et superextendere me meaque praedicationem. Ita Chrysostomus.

In vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantiam. Nam fides crescent, id est, in plures dilatata, argumentum erat etiam amplitudine regulae.

VERS. 16. — ETIAM IN ILLA QUAE ULTRA VOS SINT evangelizare, id est, longius, ulterius in alias gentes ac

ultra Corinthum, regiones, progrediemur, Evangelii prædicandi gratiâ.

NON IN ALIENA REGULA, IN HIS QUÆ PRÆPARATA SUNT, GLORIARI. Græc., in parata gloriari, id est, non glorianes, seu gloriam nostram non querentes. In aliena regnâ, id est, in alienis terminis, seu in provinciâ aliis à Deo assignatâ. In his quæ præparata sunt, id est, seu non in locis per aliorum labores præparatis.

Sciendum est, ait D. Thomas, quòd prædicator potest habere duplex argumentum gloriæ de prædicatione suâ : unum est ut conversi ad prædicationem suam proficiant in melius : aliud ut per ipsos conversos alii convertantur. Et quantum ad ista duo sperat Apostolus augeri gloriam suam de Corinthiis : 1<sup>o</sup> de profectu eorum in melius : 2<sup>o</sup> in conversione aliorum, ad quos fama fidei Corinthiorum pervenerit ; quosque propterea facilius convertet Apostolus. D. Thomas.

populos evangelizare spero. Non in aliena regnâ, in his quæ præparata sunt gloriari ; q. d. : Nolo aliorum novalia excolere, sed prius mea ipse novalia facio, deinde excolo, ipse prius ubique fidem planto et prædico, Rom. 15.

VERS. 17. — Qui autem gloriatur, etc. id est, cum illa gloria illi ferit à Domino delata et approbata, gloriatur in Domino Christo, id est, de his tantum gloriatur, quæ à Deo per Christum accipit, atque ab eo se accipisse agnoscat ; et totum quod credit ad gloriam suam, refert in Deum.

Corollarium, pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad præxim redigenda.

Plurima et varia superior ecclesiasticus habet in toto hoc capite notanda sancti regiminis exempla et documenta.

Primum. Auctoritas eum humilitate semper miscenda ; hoc superiorem docet exemplum D. Pauli, minacis simul et humilis, v. 4. Vide in commentario.

Secundum. Inventus punit prælati, Christi Domini, prælatorum prælati, mansuetudinis semper memor. Hoc et docet D. Pauli exemplum, v. 4.

Tertium. Quocumque modo se gerat superior, sive ignoret, sive punit, sciat et expectet ab aliquo se improbandum. Quid tunc prælato faciendum ? Agat coram Deo quod suum est ; patiat ab hominibus quod Deo bene visum fuerit. Hoc docet doctrinâ et exemplo S. Pauli, v. 2, 5.

Quartum. Quid sit superior ecclesiasticus ? Dux militiæ spiritualis sub imperatore Christo. Quæ sunt arma quibus in hæc sacra militiâ uti debet prælatus ? Verbum Dei, patientia, mansuetudo, humilitas, ora-

#### CAPUT XI.

1. Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ ! sed et supportate me :  
2. Amulor enim vos Dei emulatione. Respondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.  
3. Timeo autem ne sicut serpens Evam seduxit astutiâ suâ, ita corruptantur sensus vestri, et excidant à simplicitate quæ est in Christo.

4. Nam si is qui venit, alium Christum prædicat,

Notat D. Chrysostomus, quòd regula ac mensura vocabulis usus sit Apostolus ; 1<sup>o</sup> velut ad orbis terrarum possessionem, præstantissimamque hæreditatem profectus ; 2<sup>o</sup> ut ostendat totius buhis negotii summam divini beneficii esse ; ideòque nihil nobis ascribendum, sed totam gloriam Deo reddendam. Hinc

VERS. 17. — QUI AUTEM GLORIATUR... Græc., à gloriâ, in Domino gloriatur ; quasi diceret : Quid de gloriâ loquor ; qui vult in aliquo gloriari, GLORIETUR IN DOMINO, à quo accepit omnia, et ad quem omnia referre debet ; gloriatur et in Domino, quòd sit ejus.

NON ENIM QUI SEIPSUM COMMENDAT, id est, laudibus effert, ILLE PROBATUS EST ; seu, nostra prælim laus non verè nos laude dignos efficit.

SED QUEM DEUS COMMENDAT, id est, sed ille verè laude dignus est, quem Deus ipse commendat, seu talem demonstrat per opera, quæ per eum efficit. Non oportet, ait Theodoretus, nobis ipsis tribuere virtutis testimonium, sed divinam expectare sententiam.

VERS. 18. — Non enim qui seipsum commendat, etc. ; id est, commendabilem, ex his quæ verè per eum operatur, ostendit. Nam Deus, ut adnotat Thomas, est causa totius boni operis per homines facti. Vel, quem Deus commendat, id est, cui Christus per meritum suum verè communicat ea per quæ commendatur. Opposit hæc duo, gloriari in se, et gloriari in Domino ; gloriari in se, est seipsum commendare ; in Domino autem gloriari, est à Domino commendari, et in Domini commendatione gloriari.

Corollarium, pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad præxim redigenda.

tio, charitas. Vide v. 5 et 4. His armis Apostoli, per Dei potentiam, fortes facti sunt, vicierunt regna, mundum universum ad obedientiam Christi redegerunt, v. 4, 5, 6. Speret superior iisdem armis utens, quòd illi non deerit virtus Spiritus sancti, ad subditos suos in obedientiâ Christi continendos.

Quintum. Ad quid instituta est potestas ecclesiastica ? Ad ædificationem, non ad destructionem, v. 8. Quid ergo continuè debet intendere prælatus ? Subditos ædificare, sanctificare, salvare, ad hoc eis semper prodesse, nunquam nocere. Hujus ergo finis semper memor, ad eum omnia sua refert, etiam mixta et punitis. Se medicum, se patronum, se patrem esse perpetuò recordetur, v. 6.

Sextum. Intra limites suæ jurisdictionis sese contineat, v. 12, 13, 14.

Septimum. Expectet à Domino commendari, non ab hominibus, v. 17.

#### CHAPITRE XI.

1. Plût à Dieu que vous voulussiez un peu supporter mon imprudence ! et supportez-la, je vous prie.  
2. Car j'ai pour vous un amour de jalousie, et d'une jalousie de Dieu, parce que je vous ai fiancés à cet unique époux, qui est Jésus-Christ, pour vous présenter à lui comme une vierge toute pure.

3. Mais l'appréhension qu'ainsi que le serpent séduisit Ève par ses artifices, vos esprits ne se corrompent, et ne dégèrent de la simplicité chrétienne.

4. Car si celui qui vient vous prêcher vous annon-

quem non prædicavimus, aut alium Spiritum accepitis, quem non accepitis, aut aliud Evangelium, quod non recepistis, rectè pateremini.

5. Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis apostolis.

6. Nam etsi imperitus sermone, sed non scientiâ : in omnibus autem manifestati sumus vobis.

7. Aut numquid peccatum feci, me ipsum humilians ut vos exaltemini : quoniam gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis ?

8. Alias Ecclesias expoliavi, accipiens stipendium ad ministerium vestrum.

9. Et cum essem apud vos, et egerem, nulli onerosus fui ; nam quod mihi deerat, supplerunt fratres, qui venerunt à Macedoniâ : et in omnibus sine onere me vobis servavi, et servabo.

10. Est veritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaie.

11. Quare ? Quia non diligo vos ? Deus scit.

12. Quod autem facio, et faciam ; ut amputem occasionem eorum qui volunt occasionem, ut in quo gloriatur, inveniantur sicut et nos.

13. Nam ejusmodi pseudo-apostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi.

14. Et non mirum : ipse enim Satanæ transfiguratur se in angelum lucis.

15. Non est ergo magnum, si ministri ejus transfigurentur velut ministri justitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum.

16. Iterum dico (ne quis me putet insipientem esse, aliquin velut insipientem accipite me, ut et ego modicum quid gloriari ;)

17. Quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientiâ, in hæc substantiâ gloria.

18. Quoniam multi gloriantur secundum carnem : et ego gloriabor.

19. Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes.

20. Sustinetis enim si quis vos in servitutum redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cadit.

21. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuimus in hæc parte. In quo quis audet (in insipientiâ dico), audeo et ego :

22. Hebraei sunt, et ego : Israelite sunt, et ego ; semen Abrahæ sunt, et ego :

23. Ministri Christi sum (ut minus sapiens dico), plus ego ; in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequentius ;

24. A Judeis quinquies, quadragenas, unâ minus, accepi.

25. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci ; nocte et die in profundo maris fui.

26. In itineribus sæpè, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex genti-

cait un autre Jésus-Christ que celui que nous vous avons annoncé, ou s'il vous faisait recevoir un autre Esprit que celui que vous avez reçu, ou s'il vous prêchait un autre Évangile que celui que vous avez embrassé, vous auriez raison de le souffrir.

5. Mais je ne pense pas avoir été inférior en rien aux plus grands d'entre les apôtres.

6. Car si je suis grossier et peu instruit par la parole, il n'en est pas de même pour la science. Mais nous nous sommes fait assez connaître parmi vous en toutes choses.

7. Est-ce donc que j'ai fait une faute lorsque, afin de vous élever, je me suis rabaisé moi-même en vous prêchant gratuitement l'Évangile de Dieu.

8. J'ai dépouillé les autres Églises, en recevant d'elles l'assistance dont j'avais besoin pour vous servir :

9. Et lorsque je demeurais parmi vous, et que j'étais dans la nécessité, je n'ai été à charge à personne ; mais nos frères, qui étaient venus de Macédoine, ont suppléé aux besoins que je pouvais avoir ; et j'ai pris garde à ne vous être à charge en quoi que ce fut, comme je le ferai encore à l'avenir.

10. La vérité de Jésus-Christ est en moi, qu'on ne me ravira point cette gloire dans toute l'Achaïe.

11. Et pourquoi ? Est-ce à cause que je ne vous aime pas ? Dieu les sait.

12. Mais je fais ce'a et je le ferai encore afin de retrancher une occasion de se glorifier à ceux qui la cherchent, en voulant paraître tout-à-fait semblables à nous pour trouver en cela un sujet de gloire.

13. Car ces personnes sont de faux apôtres, des ouvriers trompeurs qui se transforment en apôtres de Jésus-Christ.

14. Et on ne doit pas s'en étonner, puisque Satan même se transforme en ange de lumière.

15. Il n'est donc pas étrange que ses ministres aussi se transforment en ministres de la justice ; mais leur fin sera conforme à leurs œuvres.

16. Je vous le dis encore une fois, que personne ne me juge imprudent : ou au moins, souffrez-moi comme imprudent, et permettez-moi de me glorifier aussi un peu.

17. Croyez, si vous voulez, que ce que je dis, je ne le dis pas selon Dieu ; mais que je fais paraître de l'imprudence dans ce que je prends pour un sujet de me glorifier.

18. Puisque plusieurs se glorifient selon la chair, je puis bien aussi me glorifier comme eux.

19. Car étant sages comme vous êtes, vous souffrez sans peine les imprudents.

20. Vous souffrez même qu'on vous asservisse, qu'on vous devore, qu'on prenne votre bien, qu'on vous traite avec hauteur, qu'on vous frappe au visage.

21. C'est à ma confusion que je le dis ; car je reconnais que nous avons été faibles en ce point. Mais pour ce qui est de des autres avantages qu'ils osent s'attribuer eux-mêmes, je veux bien faire une imprudence en me rendant en cela aussi hardi qu'eux.

22. Sont-ils Hebreux ? je le suis aussi. Sont-ils Israélites ? je le suis aussi. Sont-ils de la race d'Abraham ? j'en suis aussi.

23. Sont-ils ministres de Jésus-Christ ? quand je devrais passer pour imprudent, j'ose dire que je le suis encore plus qu'eux. J'ai plus souffert de travaux, plus reçu de coups, plus enduré de prison ; je me suis souvent vu tout près de la mort ;

24. J'ai reçu des Juifs en cinq différentes fois quarante coups moins un.

25. J'ai été battu de verges par trois fois ; j'ai été lapidé une fois, j'ai fait naufrage trois fois ; j'ai passé un jour et une nuit au fond de la mer ;

26. J'ai été souvent dans les voyages, dans les périls sur les fleuves, dans les périls des voleurs, dans les périls de la part de ceux de ma nation, dans les périls de la part des païens, dans les périls au milieu des villes, dans les périls en milieu des déserts, dans